CC BY NC SA

effractor, oris. *subs. m.* **FORMA** effractarius SEN Epist 68.4. *adi.* effractorius GLOSS 2.67.37. effractorius θυρεπανοίκτης. **ETYM** effringere. [**FREQ** minima **14** [indicia] **0,84** [/d.-c.m.] 63-65 SEN] *uocabulum scriptis technicis aptum, at apud* FIRM *tantum inuenitur; litterariis paucissimis scriptoribus* [x2] *usitatur narrando aptum, necnon apud iuris consultos, semper prosa, usibus mediis; quamuis saec.* I *ec. primum appareat, saepius saec.* IV *ec. inuenitur.*

VARIATIO		indicia	p/d.c.m. subc.
OPERUM	exponens	7	2,3
	narrando	7	0,97
DIACHRONICA	I-II ec.	1	0,26
	III-V ec.	13	1,38
DIAPHASICA	media	14	1
DIASTRATICA	litteraria	7	0,51
	technica	7	2,5
MODUS	prosa	14	0,96

¶ *fur qui rumpendo furatur, foueas seu excauationes per parietes agens uel ostia frangendo • butronero, ladrón que roba con destrozo, especialmente haciendo agujeros o butrones en las paredes o rompiendo las puertas de las casas* [**HYPER** fur **DOM** *fures die seu nocte agentes* diurnus, nocturnus; *ii qui nocturni erant ad metalla damnati* metallum] 63-65 SEN Epist 68.4. uile uidetur quidquid patet; aperta effractarius praeterit. 334-337 FIRM Math 4.7.1. qui cum effractoribus aut cum furibus conscientiam iungant, uel certe ipsi erunt fures aut effractores. 🕮 ISID Orig 10.92. effractor, quod sit expugnator claustrorum. **GLOSS** 2.578.7. effractor fur domus frangens. 2.578.2. ostiorum fractor.

IUS *distinctio facta est inter eos fures qui die et eos qui nocte agebant, scilicet die agentibus maiores poenas in metallis merentibus • los juristas distinguen entre aquellos que actúan de día y los nocturnos, mereciendo estos últimos la pena mayor de trabajos forzados en las minas* 🕮 DIG 47.18.2. Inter effractores uarie animaduertitur. atrociores enim sunt nocturni effractores, et ideo hi fustibus caesi in metallum dari solent: diurni uero effractores post fustium castigationem in opus perpetuum uel temporarium dandi sunt.

qui fures magnum metum ciuibus iniecerunt, bonis fundibusque perditis seu corporalis iactura perpessa • tales ladrones introdujeron un miedo especial en la población, por el asalto a sus posesiones y el terror por los daños corporales que podían infligir 334-337 FIRM Math 6.31.6. famosos domorum effractores efficient, sed qui armati gladio quiescentibus hominibus et patrimonii iacturam et uitae discrimen infligant. 398 AUG Serm 16A.45. Fores effractores pulsabant, sed idonea erat domus. 357.5. Numquid illic times ne fur obrepat, ne effractor inuadat, ne hostis turbulentus eripiat?

quare magistratus de eis ualde curabant • por ello, recibían gran atención de las autoridades 🕮 COD Iust 1.15.3.1. cognoscit praefectus uigilum de incendiariis effractoribus furibus raptoribus receptatoribus.

IUS *ad furem qui claustrorum poenalium parietem effringeret pertinuit, immo uigilum auxilio quandoquidem effugiebant; ii, cum capti essent, minore poena affligebantur • se aplicó al preso que revientara la pared de la cárcel para escapar, a veces con la ayuda de sus propios guardianes; en este último caso, la pena era menor si llegaba a ser apresado* 🕮 DIG 47.18.1pr. De effractoribus. ... De his, qui carcere effracto euaserunt, sumendum diui fratres aemilio tironi rescripserunt. saturninus etiam probat in eos, qui de carcere eruperunt siue effractis foribus siue conspiratione cum ceteris, qui in eadem custodia erant, capite puniendos: quod si per neglegentiam custodum euaserunt, leuius puniendos.